

## Traditiones Wizenburgenses (Ed. Glöckner) Nr. 20

Sacrosancto monasterio cuius vocabulum est Wizeburg quod est constructum in pago Spirensi super fluvio Lutra in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ubi vir venerabilis Iustolfus episcopus preesse videtur. Ego in dei nomine Theoduni et coniunx mea nomine Agathiu [cogitavimus.ut.] tradidissimus in elemosina nostra ad partem sancti Petri ipsius monasterii. Hoc est quod tradimus in pago Elisacinse in villa qui dicitur Hadana curtiles duo cum casis et edificiis terris pratis pascuis silvis aquis aquarumve decursibus et quicquid ad ipsis curtiles pertinet et in ipsa marca visi sumus habere, et mancipia his nominibus: Adalliub, Madalhilt, Albuvar, Elilant. Excepto in ipsa marca curtile quod habet Uto in manu sua, cum terris, iurnales XX, pratis ad carradas V, cum silvis. Illas alias res suprascriptas ipsa casa dei vel agentes eius rem superius denominatam hoc habeant teneant adque possideant, et eorum successoribus in dei nomine derelinquant, in omnibus habeant potestatem, stipulacione subnixa. Actum publice in monasterio Wizenburg sub die III nonas martii anno XL regnante imperatore nostro Carola Francorum rege. Teste Theoduni et uxore eius Agathiu qui hanc donacionem fieri rogaverunt. Et ipsas res in prestaria ad amborum vitam, in censum dinarios annuos VII, non amplius. Testes: Hartbertus et Hildirat. Berahtger. Wardo. Undicho. Starcfridus. Irminfrid. Ado. Ruadolt. Oduni. Ego Wolfhardus peccator scripsi et subscripsi.